



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hexaēmeron Hē Toi, Kosmourgia, Georgiou tou Pisidou
diakonou ...**

Georgius <Pisida>

Lutetiae, 1585

De malo granato seu punico

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70102](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70102)

PISIDÆ, MVNDI OPIFICIVM.

Ad corticem vsque vel pilos vel lachrymas,
Lutum quoque ipsum, fumum, & olida stercora: 1590
Quanquam hæc quidem plerosq; mortales latent,
Ast alia nota commodis satis suis.

Gen. 1.

Duntaxat in rebus mali reliquum nihil,
Cum sint venusta, ritè & effecta omnia.

Vitis ac racemorum consideratio.

Quis dum aspicit pulchrum racemum, non stupescit
Miratur humorem igneum ligno inditum?

Et vt folia, caduca grana fluxaque
Circum plicata vestiant, vis ne imbrium

Lædat quod est tenerum, vel ardor flammeus
Solis perurat, aut liquores extrahat. 1600

De malo granato seu punico.

Quis Malo granati cutem benè diuidens,
Noscensque carbonum vuidorum ipsum ordinem,

Vt singulisque cellulis serie fitis,
Sæpes secâtque & separat confinia:

Membrana laqueos paruulos tendit rubens,
Ne mollitudinem liquorum quid grauet,

Neu comprimatur vinculorum nexibus,
Atque inde Mali succus excidat tener: 1610

Néve effluens granum alterum corrumperet:
Non altiorem mente causam cogitans, 1610

Prius cibum quam sumat, opificem canit?
Mens namque, natura suâ celerrima,

Miraculum linquens, ad authorem aduolat.
Quis inferens lac solidum in immenso mari,

De lapillis & geminis.
Plin. l. 37.
Margaritæ
Plin. l. 9. c. 35.
Smaragdus.

Albos lapillos vnionésque educat?
Vnde hunc virorem dat Smaragdo maximum

Natura